

petum. Eva vero Adā solo exemplo, nullo verbo facto, statim persuasit. Eva saltem, aliquandiu resistit serpenti, minime vero Adam Evæ. Paoletti D. 20. Pent. Non suaderi jam opus erat viro, quando eam illo cibo mortuum non esse cernebat. Et Eva ipsa, ex hac divina patientia prorepsit ad tentandum virum. S. Aug. t. 11. de Gen. ad lit. 30.

*Ecce mulier una sedens in medio amphora; & dixit: hæc est impietas.* Zach. 5. 7. 8. Ubi dominatur impietas, mox allicit plures: v. 9. *Ecce adu mulieres egredientes; & habebant alas.* Citò advolant ad augendam impietatem. Velloso in Judit 7. par. 4.

Unus est servus, qui Petrum urget. Luc. 22. 58. *Post pusillum: accesserunt, qui stabant, & dixerunt Petro.* Matth. 26. 73. Unus traxit exemplo plures. Maldonatus: credendum est, cognato illo servo incipiente alios subsecutos fuisse. Id. ib.

*Quare, hoc unguentum non venit etc.* Jo. 12. 5. Et ecce Matth. 26. 8. *videntes Discipuli indignati sunt.* Juda contra mulierem duce, reliqui Apostoli irritati. Lyra.

Num. II.

Mala exempla Superiorum sequuntur subditi.

*Erant peccatum puerorum grande nimis: quia retrahabant homines à sacrificiis Domini.* 1. Reg. 2. 17. Deus tam argere fert alienas injurias, præsertim quæ in damnum cedunt spirituale animarum; ut de illis potius, quam de suis, conqueratur. Unde Sacerdotum peccata exaggerari vult; non tam ex eo, quòd divinum honorem, & cultum, violabant; quam ex eo, quòd homines à Sacrificio Domini retrahebant. Mendoza hic.

*Cumque roboratum fuisset regnum Roboam, & confortatum; dereliquit legem Domini, & omnis Israel cum eo.* 2. Par. 12. 1. Similiter de Sedecia 2. Paral. 36. 14.

*Erant signa in sole, Luna, & Stellis.* Luc. 21. 25. An non sufficit, signa esse in sole; ut in Luna etiam ea apparere sic necesse? Nempe, sole obcurato, obcuratur & Luna, ac stellæ deliquium patiuntur. Quando igitur optimates in timore, & cultu DEI, defectum, faciunt; inferiores, & subditos eandem experiri necesse est. Bessius D. 1. Adv.

*Perussa est terra pars solis etc.* Apoc. 8. 12. Cur à stellis non incipit? Per solem prælati intelliguntur; quia non ex inferiorum lapsu sequitur ruina; sed ex horum illorum. Dionysius Carthus. hic.

*Oculus est terra pars hominum de igne, & de fumo, & sulphure.* Apoc. 9. 18. idest, de igne avaritiæ, fumo superbiæ, sulphure, idest, fetore luxuriæ. Subdit v. 19. quòd *partes egnum in ore ipsorum est.* Scilicet principum præcipientium, aut suadentium; sive exemplis post se trahendo. Et ideo subdit: *& in oculis eorum,* idest, exemplis. Gemiani similitud. l. 7. c. 6.

Sicut exemplari uno apud Typographos vitiat omnes deinde libri, qui per illud excuduntur, vitiat plurimi prodeunt; ita unus superioris vitium totius fit populi officiculum. Diez Prælati.

Muli domini, ut famulis sunt stipati, ita comitibus vallati infernum intrant; multos, quibus exemplo suo fuere scandalo, post se trahentes. Stella p. 1. c. 26.

Exiguus rivus, dum exundat, parum nocet: at rapidus fluvius pontes, hortos, domos, molendina, abripit, & plurimum damni infert. Lapis exiguus de monte decidens mox ubi recidit, consistit; & vero ingens à rupe abruptatur, magnum lapidum acervum, ipsaque arbores, secum trahit. Horologio perveris incendiis; non illi, nec rotis ejus, sed directori causa adscribitur; sicetores, & culpe populi, culpe sunt prælatorum. Id. ib.

Caprum ex ponte disilientem grex sequitur. Lem. *Sic ducis urget amor. Dux caper ipse gregis.* Carolus Bovius.

Num. III.

Testimonia & Exempla.

Ex Veteri.

*Qua respondit: serpens decepit me.* Gen. 3. 13. En vis mali exempli excusantem se, & Dei consilia fugillantem, virum mulier imitatur. Fernandus hic sect. 29.

Armiger Saulis, videns Dominum suum irritis super gladium suum, irruit etiam & ipse super gladium suum. 1. Reg. 31. 5.

*Filius, qui natus est tibi, morte morietur.* 2. Reg. 12. 14. B. Theodoretus: ideo Deus occidit filium David, ut pariter extingueretur malum exemplum, quod per adulterium exhibuerat populo Dei.

Jeroboam rex Israel post se traxit ad idololatriam totum populum. 3. Reg. 12. 11.

*Omne caput languidum etc.* If. 1. 5. 6. Si caput fuerit infirmum, totum corpus languidum erit. Innocentius P. III.

Nabuchodonosor erigit statuam auream adorandam. Dan. 3. 2. Et quos primò inducit ad idololatriam? principes. S. Hieron. Seductis enim magistratibus subditi populi majorum exemplo malè peragunt.

*Exiit ex eis radix peccatrix Antiochus.* 1. Machab. 1. 11. S.

Gregorius 1. p. past. c. 2. cum pastor per abrupta gradianur; consequens est, ut ad præcipitum grex feratur.

Ex Novo.

*Turbatus est rex, & omnis Jerusalem cum eo.* Matth. 2. 3. *Principes Sacerdotum, & Seniores, persuaserunt populo, ne perirent Barabam.* Matth. 27. 20. & ita omnes una voce clamant Barabam. Scilicet ad majorum voluntatem populus movetur. S. Paschasius l. 12. in Matth. quid in hoc dicam? nisi quia peccata omnis iniquitas, & prævaricatio plebium à principibus est populi; quorum excitatur malis ad omne peccatum; quorum velle, quorumque nolle, omnes considerant, & sequuntur. Sylveira in Jo. 4. q. 9.

*Non licet tibi.* Marci 6. 18. Cur Joannes Herodem tantum & non Herodiadem, arguit? quia ipse rex; & inferiores semper appetit ejus servituri, Sylveira in Jo. 3. q. 9.

*Et nemo ei habebat.* Luc. 16. 21. Cum dominus familie effect avarus, omnes ejus servi avaritiæ studebant; ut nullus ex eis pauperi vel micam daret. Sylveira hic.

TITULUS XII.

EXERCITIA SPIRITUALIA.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

*Opponeus capiti suo etc.* Gen. 28. 11. Jacob durum sibi sternit lectum, scilicet lapidem: quia coeli aulicos durus lectus, durus victus, omnia dura, decent. S. Ambros. l. 2. de Jacob: in somno bonus operarius: quia cum DEO plus negotii dormiendo peregit, quam vigilando. Cornelius hic.

Moyfès tacendo loquebatur. Ex. 17. 11. & otiosus operabatur. Sedens in otio dimicabat, & triumphabat. Erat tam otiosus, ut alii manus ejus insisterent; & tam occupatus, ut manibus otiosis vinceret. Crudelius bellum inferrebat Amalecitis confidendo, quam alii Israelitæ in campo manus conferendo. Stella p. 3. c. 6.

*Insistens in te spiritus Domini, & mutaberis in virum alium.* 1. Reg. 10. 6.

*Numquid non Sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam in summis, & exaltatque, verticibus etc.* Prov. 8. 1. 2. Prius delegit montium juga, postea declinavit ad semitas. Civitatis portæ appropinquavit, nec ingressa est: quasi paveret in se tumultus agmina, & varia occupationum dispendia. S. Cyrillus ad Habac. cap. 2. in exercitatione mea, & consuetudine mea, excubabo; animum rursus purgabo, cuius mundanis exolvam. Surfum volabo in stabilitatem, & securitatem cogitationum; illinc speculabor, quæ Deus mihi locutus fuerit. Naxera in Jos. 13. s. 50.

*Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. 2. Somnia sunt vigiliæ dormientium; spes autem somnia sunt vigilantium: quod Platoni tribuit Alianus l. 13. de var. hist. Aristotelis vero Laertius l. 8. c. 1. S. Augustin. tr. 57. in Joan. quid est, ego dormio, & cor meum vigilat: nisi, ita quiesco, ut audiam. Otium meum non impeditur nutriendæ desidæ, sed percipiendæ Sapientiæ. Vaco, & video, quoniam tu es Dominus: quia sapientiam scribo in tempore otii. Ego quiesco à negotiosis actibus; & animus meus divinis intendit affectibus. Cornelius hic.

*Sapientia scribo in tempore vacuitatis.* Eccl. 38. 25. Rabanus, Janentius, Lyranus, S. Augustin. legunt: Sapientiam scribo in tempore vacuitatis, q. d. Sapientia Doctoris S. Scripturæ, vel Sapientis cuiusque, in tempore otii litterarij; quæ ab aliis negotiis vacat, quærenda, & comparanda est. S. Bernardus l. 85. in Cant. Sapientiam scribere in otio, ait Sapiens: ergo sapientiæ otia, negotia sunt; & eò otiosior sapientia, quòd exercitator in genere suo. Hugo: Studium Sapientiæ, est studium vitæ contemplativæ: hæc enim requirit otium, & mentem vacuum ab omni cogitatione, & cura terrena, maxime carnali. Huc facit proverbium Arabicum centur. 1. n. 9. obstrue quinque fenestras, ut luceat domus, & habitans eam. Cornelius hic.

Gallina ovis incubans. Lem. *Et cubans operatur.* Otiosum non est, vacare DEO; sed negotium negotiorum omnium. S. Bernardus ad PP. in monte Dei. Picinelli.

Bombyx. Lem. *Mutatus exiit.* Id.

Lebes clausus. Lem. *Clavus magis astat.* Id.

§. II.

Motiva.

*Ligatur tibi opportunus, & aliquantum à familiaritate remotus, locus in quem tu, velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum te recipias; & excitatos foris cogitationum fluctus secreti tranquillitate componas.* Tandem tibi fit divini lectionis studium, tam crebra orationum vice tam pressa, & firma, de futuris cogitatio; ut omnes reliqui temporis occupationes facile hac vacatione compenses. S. Hieronymus ep. 14.

Animæ

Animæ quousque partem da, non carnī solam: DEO quoque partem da, non Mundo soli. Ex ventre quiddam subtrahæ, & spiritui collecta: ex igne quiddam eripe, ac procul è depauperata flamma secunde. Ei, cuius beneficiis plura habes, aliquid dato; imò etiam ei, qui omnia largitus est, universa opes dato. S. Gregorius Naz. or. 27. de pauper. amore.

Itis saltem diebus, qui nobis sunt ad saluberrima remedia proficuiti, mundanis nos occupationibus subtrahamus; & aliquid temporis, quod proficit ad bona æterna, furemur. S. Leo l. 3. de jejun.

Demus DEO aliquid temporis vitæ nostræ; nè totam diem infelix ista vanitas, & sollicitudo miseranda, consumat. - Vigila homo, vigila: habes exemplum; ut quod tibi gallus

impedit hospiti, & tuo exhibeas Creatori. S. Chrysol. f. 2. 1. Quidam ex instituto factis feris & efficacibus propofitis sequendi Dei voluntatem; eum in finem per dies aliquot se à negotiis mundanis abstrahunt, ut animas suas diversis exercitiis spiritualibus, è gravi tepiditatis somno, ad opera charitatis præstanda, exsuscitent; nec non ad anteriorem vitæ reformationem faciendam inflamment, inducantque. Quod familiare, & sacrosanctum fuit primis Christianis: sed deinde refrigerante paulatim charitate in cordibus posterorum neglectum fuit; usque dum magnus DEI servus S. Ignatius S. J. Fundator Patrum nostrorum tempora in usum reduxit, & revocavit. S. Franciscus Salef. de div. amore l. 12. c. 2. Vide tit. Oratio mentalis. Recollectio. Renovatio.

F.

TITULUS I.

FAMA.

§. I.

Symbola, & similitudines.

*Precepit Deus Noe Gen. 6. 14. ut Arca intus, & extra, bitumine lineretur: ut & intus munda conscientia splendeat; & foris sancta conversatio hominibus placeamus.* Stella in Luc. 11.

*Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni.* Gen. 27. 27. Fragrantia bonæ opinionis, quæ omnia merentur benedictionem æternæ retributionis. Hugo Card. hic. Multum Jacob præfiteri, ut paternam benedictionem aucciperet; hæc duntaxat, coxerat &c. Sed maxime odor bonus benedictionem paternam elicit. Pinna in Eccl. Ethol. 190.

*Peperit quoque Zelpha alterum, dixitque Lia: hoc pro beatitudine mea.* Gen. 30. 12. *Beatam quippe me dicent mulieres.* Zelpha Lia, serva dominæ; peperit filium, quem vocavit Aser, idest, beatitudinem. Subdit: *beatam me dicent:* quia non satis est operari bonum; sed insuper tales ab aliis haberi. Curandum de bono nomine. Id. Ethol. 190.

*Fundetque super eam oleum, & ponet thus.* Levit. 2. 1. Oleum charitatem; thus bonæ famæ significat odorem. S. Rupertus lib. 1. hic.

*Si videri solem, cum fulgeret; & Innans incendentem clarè, & osculatus sum manus meas erit meo etc.* Job. 31. 26. 27. Sol, bona opera; luna, fama ex ipso bono opere; osculari manus, sibi attribere. Hugo Card. hic.

*Qui maledixit patri suo, & matri; & extinguat lucerna ejus in mediis tenebris.* Prov. 20. 20. Lucerna est Symbolum excellentiæ, famæ, & gloriæ. Unde vulgò dicimus, aliquem offecere luminibus alterius, dum ejus famam, & gloriam obsecrat. Cornelius hic.

*Ecce in pulchra es amica mea; ecce in pulchra.* Cantic. 1. 14. Pulchra est, mundissimam Deo conscientiam exhibendo: pulchra est, inimicis, & alienis à fide Christi, irreprehensibilem conversationem monstrando. Aponius hic.

*Ego, quasi vitis, fructificavi suavitatem odoris; & flores mei fructus honoris, & honestatis.* Eccl. 24. 23. Vide, quomodo Sapientia odorem suum in fructibus reputat: odor enim quidam fructus est: odor eorum cibi gratiam tenet, ipsa fragrantia pascit. Gilbertus l. 27. in Cant. Siavitatem conscientiz, & odorem bonæ famæ. Hugo Card. hic.

*Domus impleta est ex odore.* Jo. 12. 3. Domus impleta est bona fama: nam odor bonus, bonafama est. Sanctus Augustinus tr. 50. in Joan.

§. II.

Habe curam famæ.

Motiva

Num. I.

Exemplum Christi.

*Ego flos campi etc.* Cant. 2. 1. Præmiserat sponsa in laudem sponsi Cant. 1. 13. *flores Cypri etc.* Botrus suavem gustum habet, non suaveolentiam. Laudat ergo sponsa præclara opera sponsi, immemor præclare famæ; quam corrigit sponsus adiciens: *ego flos campi; bonus odor sumus.* Pinna in Eccl. Ethol. 190.

*Quem dicunt homines esse Filium hominis.* Matth. 16. 13. In multis instruitur, ut simus solliciti, quid de nobis dicatur: ut si malum, quod corrigamus; si bonum, conservemus, & multiplicemus. S. Thom. hic. Sciebat omnia; & percontatus tamen

F.

TITULUS I.

FAMA.

est: ut doceret, famam propriam non spernere. Stella part. 1. cap. 12.

*Ecce duo caeci audierunt, quia Jesus transiret.* Matth. 20. 30. Alii Domini auxilium poscebant, quicum viderant; hi autem solum ex auditu. Quia alii allicuntur ex bonis operibus, quæ vident; alii ex bono nomine. Ità vivendum, ut etiam caeci loqui possint ex narratione aliorum de bona vita. Hugo Card. rosa, antequam videatur, sentitur: caeci, antequam viderent, fenserunt DEI fragrantiam. Pinna in Eccl. Ethol. 190.

*Dixerunt, quod Jesus Nazarenus transiret.* Luc. 18. 37. Nazareni, idest, floridi odore excitati sunt caeci, qui opera videre non poterant. Cui aliorum cura est, non modò vocari studeat Jesus, idest, Salvator, per bona opera; sed etiam Nazarenus per bonam famam: utrumque si habet, facile cæcos illuminabit. Pinna in Eccl. Ethol. 190.

Num. I. I.

Exempla alia.

*Uspuquid elvis eris? Nequaquam Domine etc.* 1. Reg. 1. 40. Multam adhibet curam, nè à Sacerdote malum referat opinionem. S. Chrysol. hom. de fide Annæ.

*Erant hæc in omnibus famossissima: quoniam timebat Dominum valde; nec erat, qui loqueretur de ea verum malum.* Judith 8. 8.

*Oculus sui cæco.* Job. 29. 15. ut famam suam defenderet. Nam ei amici objiciebant, malorum causam peccatum c. 4. 5. 7. nunc venit super te plaga.

*Curam habe de bono nomine.* Eccl. 41. 15.

*DEO autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo JESU, & odorem nostris sua mansuetudo per nos in omni loco.* 2. Cor. 2. 14.

*CHRISTI bonus odor sumus.* 2. Cor. 2. 15. Comparatæ cum his, quæ odoratu percipimus, non quæ visu. Nam ut oculis aliquid videamus, necesse est, ut luminibus illustretur; &, ut is, qui videt, oculos aperiat. At ea, quæ manibus excipiuntur, etiam per tenebras, & nolentibus nobis, fescingerunt: quia ea est natura actuum nostrorum, ut, vel nolentibus in publicum se proferant. Pinna in Eccl. Ethol. 244.

Num. III.

Motiva varia.

*Ignorabat, quòd cornuta esset factus sua ex confertio sermonis Domini.* Ex. 34. 29. Cur non resplicebat mutans Nilum in sanguinem, percussens mare; &c. cur splendoris majestas eousque dilata est, dum Israelitæ liberi? quia emendaturus mores, legem promulgaturus; ideo in cœlestem virum conversus, duas tabulas ferebat, & duo cornua. Oliva tom. 3. conc. 1. in Festo Sancti Ambrosii.

Exiit David arma Saulis, 1. Reg. 17. 40. quæ induerat; & pastoralem ornatum assumpsit. S. Chrysolom. in Psalm. 50. Saul ei arma porrexit; verum David ea minime gestare poterat. Quam ob rem? nimirum DEUS minime permittit, id scilicet agens, ut nudus victoriam adipisceretur: ne armaret feliciter gestæ, ac victoria partem sibi vendicarent; rexque armis suis victoriæ partem adtriberet. q. d. DEUS integram præclari facinoris laudem servo suo David reservavit. Nam multum tucur, & honorem curat, ac famam servorum suorum. Pinna in Eccl. Ethol. 244.

*Sic luceat lux vestra coram hominibus etc.* Matth. 5. 16. Ad eò DEUS famam, & æstimationem Servorum suorum æstimat, ut numquam in Scriptura suadeat, ut quis sui causa ho-

honorem amittat. Dixit Matth. 10. 3. 9. qui perdidit animam suam...

Resplendit facies ejus sicut sol. Apoc. 17. 2. 5. Splendere oportet ipsum sanctitate vite...

Qui nomen Nazareth. Luc. 1. 26. Amat florigeram patriam hos de radice esse...

Mulier in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Liberet nos DEUS! ne simus civitatis peccatores...

Sicut rarus est, aut nullus, qui de femala dici equanimiter ferat...

Non despiciat, quid de se unusquisque, & maxime vir bonus, sentiat...

Nobis necessaria est vita nostra, alius fama nostra. S. August. 1. de bono viduit. c. 22.

S. III.

Fama mala.

Fermentum, & mel, in sacrificium sibi offerre volebat Deus; eod quod adusta malum redderent odorem...

Domino, jam sciet. Jo. 11. 39. Bene de illo, qui peccare confitebatur...

TITULUS II. FOEMINA.

S. I.

Creatio, natura.

Uti ait Dominus DEUS hominem. Gen. 2. 15. Sanctus Ambrosius de paradiso...

Non est bonum hominem esse solam. Gen. 2. 18. Bonum est, secundum Dionysium...

Tulit unam de costis ejus. Gen. 2. 21. Quod fuit perfecta de nobilitate materia...

Adificavit Dominus Deus templum. Gen. 2. 22. Decuit mulierem ex viro formari...

Adificavit Dominus Deus templum. Gen. 2. 22. Decuit mulierem ex viro formari...

Rachel plerans. Matth. 2. 18. Cur Rachel, & non Jacob, pl.

vel Abraham, plorat? quia femineus sexus ad compassionem & lacrymas, valde propensus...

Ece, quem amas, infirmatur. Jo. 11. 9. absque compassionem; & lacrymas esse, bestiarum est...

Contentiofum est hoc animal mulier, avidumque victorie: Et, sive ad malum declinet...

Non temere mulieri data est mollitudo: ut ad humanitatem sit facilior, & ad misericordiam profusior...

S. II.

Laudes foeminarum, & privilegia.

Ter in anno apparuit omne masculinum ceram Domino DEO suo. Ex. 23. 17. Hac lex solum viros comprehendebat...

Pelli nos consprensus carnis adhaest os meum. Job 19. 20. in osse fortitudo, in carnis vero infirmitates corporis designantur...

Uti non est mulier, ingemisit egens. Eccl. 36. 27. Per quod immittit; mulieris esse, quod fit pia ad indigentiam miserorum...

Autem: Matth. 28. 9. Oportebat primum muliebrem sexum, & ab Angelo bonum resurrectionis accipere nuntium...

Dominus multas prerogativas contulit mulieri; non solum super alia animalia, sed super ipsum hominem...

Deus per infima confudit fortia, ad supprimendam arrogantiam. Dux Sifara a muliere profustras, Judic. 4. 21. Abimelech proftravit foemina, Judic. 9. 53.

Miscellanea in foeminarum laudem.

Quaeres: cur Salomon Eccl. 1. Hebraice vocetur Cohleto foemine, id est, congregatrix, vel concionatrix?

Nota: quod magis innocens mulier, quam unquam fuerit nobilis, Beatissima Virgo: quia orta ex progene regali...

S. I V.

Foeminae confundunt viros,

Ex Veteri.

Ejice, Gen. 21. 10. In familia tam sedulo Abraham non deest Ismael indisciplinatus...

Occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum, Ex. 4. 14. Cum enim esset Legislator, & exemplar populi...

Surge, & vade in Sarepta Sidoniorum. 3. Reg. 17. 9. Famelicus Elias ad mulierem mittitur...

Cur hoc? an non fatius esset, mox exire in hostes, quam his parvi momenti rebus immorari?

Ex Novo.

Surrexit, & ministrabat eis. Matth. 8. 15. Socrus Petri alicui ministrabat Christo...

Erat mulier Chananaea. Matth. 15. 22. Cur pater puellae non properat ad Christum?

Reliquit ergo hyliam suam mulier, & abiit incivitatem. Jo. 4. 28. Cur praeconium divini verbi non committitur...

Idcirco dicitur Discipulis ejus, & Petro, quia praedat vos in Galiliam. Marci 16. 7. Quid necesserat, Petro id seorsum nuntiare...

Vides hanc mulierem? Luc. 7. 44. In domo principis Synagogae totum obsequium ejus confundit una foemina...

Dominus da mihi hanc aquam. Jo. 4. 15. Quare, cum Christus proponat suam mirabilem aquam Samaritanam...

Janus si pluribus auditis neminem advocavit, neque sibi confidit: hæc Apostolico officio fupera est; omnibus audita annuntians; & populum extra civitatem ad Christum advocans; ac trahens universum. Sylv. hic q. 24.

Ex Patribus.

S. Hieron. ep. 140. laudatos putat prisco textu mores foeminarum nobilissimarum, ut pungantur viri sua molles ignavia. Mulieres erant, sed vita nobiles, Sara Gen. 17. Debora Judic. 4. Holda 4. Reg. 22. Sufanna Dan. 13. Judith c. 8. Et has mulieres inducit Hieronymus, ut Principem moneat de virtutum cura; pungat viros de morum ignavia. Hæc, inquit, & ejusmodi perfrinxi breviter: ut nec te ponit fecisti tui; nec viros nomen suum erigat, in quorum condemnationem foeminarum vita laudatur.

Utinam præconia foeminarum imitarentur viri & rugosa fenestras redderet, quod sponte offert adolescentia. S. Hieron. ep. 20. ad Eulianum.

Imitare conjugem tuam, quam docere debueras. Proh pudor! fragilior sexus vincit sæculum, & robustior superatur a sæculo. Tanti dux foemina facti est, & non sequeris eam; in cuius salute candidatus es fidei. S. Hieron. ep. 46. ad Rusticum, quem hortatur, ut sancta loca invitat conjugis exemplum.

S. V.

Quæ virtutes maximè ornent foeminas.

Num. I.

Solitudo.

Ex Veteri.

Edificavit Dominus domum suam. Gen. 22. Bene edificasse dicitur, ubi de mulieris creatione loquitur: sicut enim vir publicis officiis; ita mulier domesticis ministeriis habilior affinitur. S. Ambr. l. de parad. c. 2. Mulier debet de domo sua esse immobilis, sicut aedificium. Materia item mulieris non ex cute, vel alia parte corporis parte; sed e costis latente: ut ex hac iterum mulieribus latendi daretur exemplum. Jonghen in Sac. Profess. Exh. 29.

Hoc nunc ex officio matris. Gen. 23. Cur Deus felici matrimonio locandam ex abditissima corporis parte eduxit? & cur Adam prius officio proprietatem, quam formam laudavit? hoc nunc os &c. q. d. iucunde amplector sponsam, quam offis instar agnosco vel luci celatam. Os intus latet, oculi non patet; carne, & cute tegitur; aut, si patet, corpori periculum imminet. Mulier, dum offis imitatur ingenium, felicitatis est fulcrum. Verum, si in publicum prodeat, si secretum avertetur: corporis structuram labefactat, & offis firmitatem perdit. Nazera in Jos. S. 11.

Ubi est Sara uxor tua? Gen. 18. 9. Erat Sara recessus amans; ut quæ totos in tabernaculo dies intus exigerat. Ut igitur probarent, senon qualecumque, sed a Deo venire; nomen Sara pronuntiarunt: quia mulieris sanctæ, & solitarie nomen solus Deus, aut cuius revelavit, scire debet. Didacus Nyss. l. 6. D. 4. Quadr. S. 5.

Noli respicere post tergum. Gen. 19. 17. Quid mali in respiciendo esse potuit? nonne juvaret, ultrices flammam intueri ad noscendam justitiam Dei? nihilominus respectus prohibetur. Ut mulieres, ait Cajetanus, non tarent in itinere, sed accellerent.

Debora iudicabat populum in illo tempore; & sedebat sub palmeta, ascendebantque ad eam filii Israel in omne iudicium. Judic. 4. 4. Sedebat, id est, habitabat; ut interpretantur Abulensis, Cajetan. Lyran. Cur, cum iudex sit, domo non exit? cum videatur id postulare munus iudicis. De Samuele iudicante Israel dicitur 1. Reg. 7. 16. ibat per singulos annos, circumiens Bethel, cur non idem fecit Debora? quia sexum agnovit, & mulierum obligationem domi manendi. Sylveira in Matth. 13. cap. 28.

Notissimi erant Iephre, filie gressus, quam rara extra domum: unde votum votens non veritus est filie occursum. Judic. 11. 30.

Ingressere, & claude ostium tuum. Eccl. 4. 4. Extra domum inops, premitur debitis; domi clausa adeo abundat; ut scenora potuerit solvere, & de reliquo commodè vivere. Vagam nequissimum generatorem depauperat; domi reclusam Dominus divitiis implet. Nazera in Jos. 7. S. 11.

Vashti ab Assuero vocata, ut ostenderet cunctis populis, & principibus pulchritudinem illius, regina virtutis amans, ad regis imperium venire contempsit; vanum Assueri studium abnuens. Esth. 1. 11. Tanto laudabilior, inquit Sulpicius l. 2. Sacra historia, quanto perseverantior in legem, ac pudoris, custodia. Velloso in Judith ad Lectorem.

Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Ps. 127. 3. Sicut nata mulier est, ut domi habitet, domum regat, domestica obeat munia intra domi parietes, (id significat, in lateribus) concurret illa. Noverit, quidquid intra domesticos re-

cessus continetur; at foras efferte pedem nesciat. Adverte hic comparat mulierem viti: formosius, & abundantius nihil vite; sed facile dependit viti gratia, si vallo munita non sit: avibus feris, latronibus, diripienda exponitur; si aperto est. Comicus Alexis: non est arx, neque possessio difficilis illa, quæ tam, difficulter asserverit, quam foemina. Fernandus in Gen. 2. Sect. 13.

Hortus conclusus, - fons signatus, sponsa. Cant. 4. 12. Sponsus flos Campi. Cant. 2. 1. Sponsus transiens calles. Cant. 2. 3. Sponsa dicitur Cant. 5. 2. aperit mihi. Erat enim clausa, & obserata. Sylveira in Matth. 25.

Ex Novo.

Simile est regnum caelorum fermento. Matth. 13. 33. Res de usu geritur: vir in agro sinapis arborem ferit; domi mulier fermentum procurat, & panes preparat alimonie: quia virum foris expectat labor; intus mulierem domestica cura constringit. S. Chrysol. f. 99.

Car virgines ponuntur cum lampadibus. Matth. 25. viri cum lucernis. Luc. 12. 35. Virgines sint in domo, ut lampas in templo. Viri in publicum prodeant. Sylv. hic q. 5.

Turbata est in sermone ejus. Luc. 1. 29. Quid fecit angelus, ut omnem Virgini trepidationem adimeret: Ex nomine illam vocavit: nò simas MARIA. Vix illa nomen suum audierat, conquevit. Nam cogitavit apud se: ego domo numquam prodeò; nomen meum omnibus incognitum est: ergo Propheta Dei est juvenis; Deus hæc illi indicavit; ergo a nuntio Dei nihil timendum. Didacus Nyss. l. 6. Dom. 4. Quadr. §. 5. Ad eò mulieres ament latebras, ut divinare necesse sit ei, qui nomina earum scire velit. Id. ib.

Ascendit lucernam, & everit domum. Luc. 15. 8. Unam è decem drachimis mulier quædam perdidit: quam ut reperiret, everit; seu, ut alii legunt, everit totam domum. Non dicit Christus eam existisse, & in compositis, aut foro, illam indagasse; sed in domo solum quaesivit. Cur non etiam in publico? sicut pastor ovem? Docet Christus, mulierem in plateis, aut publico, nihil perdere; imò nec videri quidem, debere. Idem ibid. Non alibi, quam domi lux quaeratur; quæ alibi se non fuisse sciebat.

Miserum ergo sorores ejus ad eum. Jo. 11. 3. Accessit ad eum Centurio. Matth. 8. 5. Hugo Card. cur non ipse venerit, sicut Centurio? ratio est: quia non debent mulieres discurrere, neque vagari. Utrique tamen compotes voti facti: & Centurionis puerum sanatum resistit; & Lazarum vita: quia utrique ad voluntatem Domini se gesserunt. Quare mireris accellerunt Jesum, & non ipse venerit, sicut Centurio? Quia plurimum fidebant Christo: & quia mulieres erant, non oportebat eas adeo facile è domo egredi. Theophylactus in Jo.

Ece miram eam in lectum. Apoc. 2. 22. Ut scilicet agna fiat, Cur ob tot seclera non ei rigidior poena infligitur? nullum durius mulieri supplicium, quam ut domi detineatur, & extra vagari non possit. Sylveira hic.

Ex variis Authoribus.

Cœlestis Rhodiginus l. 10. lect. antiq. c. 3. Aegyptiis mulieribus inde uti calcis patrii non fuit moris; ut ita se domi continere quodammodo cogenterent.

Jucundus Concionator proponere quaestionem; cur natura viris de barba providerit, non mulieribus? Respondit? viris dedit illud munimentum contra injurias aeris, quia ipsi ob negotia sæpe exeundum: Mulierum autem officium est domi latere; vel, dum eis exeundum, ita se velo contegere, ut genæ, & mentum, injuriis aeris non pateant; adeoque barba non egerit. Jonghen in Sac. profess. Exh. 29.

Virgines libenter audiunt Domicellæ (Fravengimmer) quod vocabulum eas monet solitudinem. Domicella; domi, & in cello, esse manendum. Conjugate vocantur Danfi - Frav. Virgines non decet esse filias platearum. Idem profess. 2. pro Magistratibus.

Quidam sapiens dicebat; non nisi ter filiam egredi debere. Primo ut baptizetur; deinde ut nubat; postremo ut sepeliatur. Bessens D. 23. Pent.

In Braxia sponsa in domum sponsi plausit ducantur: unde illa phrafs orta, uxorem ducendi. His vero in domum sponsi ingressi statim plausum præ foribus sponsi credebatur: ut omnis spes novis nuptis eriperetur amplius ex illa domo exeundi. Plutaricus in problem. Roman. probl. 28.

Num. II.

Silentium. Sint breviloque maximè cum viris.

Cucurrit itaque puella, & nuntiavit. Eccl. 24. 28. Protulit vir in aures aureas; audit illa sermonem blandum: curus os filia? v. 23. Sed matrem cito audit, & nuntiavit quid? fortasse quæ acciperat? non? sed quæ audierat. Sermonem cum viro abruptim virgo cauta, & matrem consuit; timens, ne qua vii voce leni peritis esset; sub melle venenum, sub eica hamus hæreret. Virgini-

num enim est; omnes viri affatus vereri, ait S. Ambr. l. 2. ad Luc. 1. Velloso in Judith. Disq. 6. Par. 1.

Postulat vir ab amico suo, & mulier à vicina sua, vasa argentea. Eccl. 11. 2. Vir virum convenire poterat, ubicumque esset; mulieri vicina præscribitur. Adhuc res magis exprimitur. Ex. 3. 22. postulat mulier ab hospita sua. Mendoza in 1. Reg. 1.

Brata qua credidisti. Luc. 1. 45. Cur tam breviter loquitur Elisabeth? Zacharias, ad natalem filii sui celebrandum, egregium componit canticum magnis carminibus plenum. S. Ambrosius l. 2. in Luc. adverte, quam pacis Elisabeth, quam multis Zacharias prophetet? sed discipula servatur; ut mulier discere magis, quæ divina sunt, ludeat, quam docere. Sylveira hic q. 27.

Ece duo viri ascenderunt. Act. 1. 10. Cur angeli in ascensione apparentes dicuntur viri, cum in resurrectione exprimentur Angeli? Matth. 28. 5. In ascensione loquebantur viris: viri Galilæi; in resurrectione cum mulieribus. Discat mulier pia se vitare confortium, & colloquium, virorum: ut videatur sermonem habere non cum homine de hoc sæculo, sed cum angelo Dei de cælo veniente. Veniant ad Abraham tres viri. Luc. 18. 2. qui erant sancti Angeli; sicut & ille vir, qui iustabatur cum Jacob Gen. 32. 24.

Angelus quoque erat; & vir dicitur. At Agar, ancilla Abraham, ejecta, in aquæ penuria vocat eam Angelus de cælo. Gen. 21. 17. Matrî Samsonis apparet Angelus Judic. 13. 8. Vir cum viris loquatur; aut cum viris tantum cum angelo de cælo loquatur; aut cum viris brevissime, sicut sponsa Cant. 3. 3. num quem diligit anima mea, vidisti? Cur non diutius loquitur plura querit, cum ita cuperet dilectum? Sed mox pertranseat, nec repositum expectat. Sciebat, periculosum virginitatis colloqui cum viris. Et cum pertranisset, invenit Dilectum. Sylveira hic q. 20.

Silentium est virtus mulierum. Clemens Alex. padag. l. 2. c. 7.

S. Paula vigula post viri mortem, usque ad diem dormitionis suæ, nunquam cum ullo viro comedit; quamvis eum sanctum, & in Pontificali sciret culmine constitutum. Boland. 26. Jan.

In Guinea foemine, nè loquaces sint, summo manè aquam hausit ore, etiam dum domestica obeunt officia, ad prandii usque, vel jentaculi, tempus, tenent: quam nè expuant, aut deglutiant; nec loquuntur, nec comedunt. P. Petrus Janicus S. I. Theol. rer. Indic. tomo 3. c. 44.

Num. III.

Fœmine caveant videre, & videri.

Noli respicere post tergum. Gen. 19. 17. Quid mali in respiciendo esse potuit? nonne juvaret, ultrices flammam intueri ad noscendam justitiam Dei? nihilominus respectus prohibetur. Ut mulieres, ait Cajetanus, non tarent in itinere. Rectè Abimelech rex Geraræ recedentibus à se Abraham, & Sara, multa munera distribuit; viro quidem ovem, & boves; & servos, & ancillas; uxori verò unum velamen oculorum. Gen. 20. 16. Ex Hebr. virgo interpretatur abscondita. Mendoza in 1. Reg. 1. Thamar, honestam alioquin foeminam; cum Judas ejus forcer videret sedentem in vitro itineris, Gen. 38. 14. hoc est, in loco publico, suspiciatus esse meretricem.

Cum Rebecca domui Isaac propinquaret, illumque in agro deambulante videret, rellens cito pallium operuit se. Gen. 24. 65. Cur venusta faciem abscondit matrimonio locanda? novit illa, probis matris placere modestiam; & præ decore arri-dere pudicitiam. Nazera in Jos. 17. §. 11.

Erant cooperta. Dan. 13. 32. Quantus in Sufanna pudor est, nè videat, nè videatur. Noverat mulier castissima, agrè sibi fuisse ex hominum oculis. Raptâ ad iudices faciem velo tegit. Quia Susanna erat, Hebr. lilium castitatis, faciem tegit. S. Ambr. 1. Offic. c. 8. est effum in oculis verecundia; ut nec videat viros foemina, nec videri velit. Velloso in Judith ad Lectorem.

S. XV.

Fœminarum vituperia, & vitia, in genere.

Ex Veteri.

Ed & serpens erat callidior cunctis animantibus; dixit ad mulierem. Gen. 3. 1. 2. Tangit serpens altitum processum in tentando, quia primo venit ad mulierem; sicut ad partem humani generis inhiorem. Non enim venit ad virum: quia vir in assumpta natura facile posset ipsum, & fraudem suam, dignoscere; sed solum ad mulierem; quæ non fuit tanta prudentia, quod ipsum dignosceret; nec tante constantie, quod sibi resisteret. S. Thomas in Gen. hic. Diabolus, quod per se non potuit per uxorem Adam proptulatum circumvenire; Adam verò per uxorem invenit interitum, quam à Deo acceperat in auxilium. Proh dolor! prospera in contraria cedunt, utilia perniciem operantur. Denique plus Adam domesticis, quam ini-

R. P. Spanner Poly. Teon. 1.

mici, jaculis læditur; plus proprio, quam hostili, ense perimitur; plus mulieris, quam externo gladio, vulneratur. Sanct. Chrysolom. de lapsu primi hom.

In generatione bonorum. Gen. 5. nulla foemina numeratur; quia nihil in bonis foemineur invenitur: generatio verò malorum in foemina terminatur; quia; quod in eis est, molle, & foemineum est. Hugo Cardin. hic.

Inaquo Abraham de nocte confurgens. Eccl. Gen. 22. 3. Totum se Deo permittit; & id, quod jubebatur, exequi parabat; ac nè cum uxore quidem hac de re communicavit: rectè fanè, si-bique utiliter faciens, qui foeminam non idoneam iudicaret, quam in consilium adhiberet. Sanctus Gregorius Nyss. de Obed. Abrah.

Quærite mihi mulierem. 1. Reg. 28. 7. ita Saul suos allocutus, cum certò scire vellet, quemnam esset alea belli futura? Non querit virum artis inique Magistrum: meminit enim quod v. g. magos, & ariolos, de terra eraserat. Credebat tamen superasse adhuc posse matrem hujusce monstri, mulierem. Abul. hic quæst. 21. dixit de foemina: quia foemine magis vacant iusti superstitionibus, quam viri. Velloso in Judith ad Lectorem.

Misique Jezabel nuntium ad Eliam dicens: hæc mihi faciane dicit, Eccl. timuit ergo Elias, & argens abiit. Eccl. 3. Reg. 19. 2. Pro facinus! quanta, fuit hæc timiditas! mulieris unius audivit verbum, & aufugit quadraginta dierum itinere: id, que fecit non post unum, aut alterum, aut tertium diem? sed cum primùm mulieris sermo ad ipsum perlatus est. Quid hoc est Elia? tunc ille es, qui cœlum clausisti, pluviam refrastasti, ignem ex alto evocasti, Sacerdotes interfecisti, & regi Achab dixisti: tu es, qui pervertis Israel. Sanct. Chrysolomom tom. 6. orat. in SS. Petr. & Paul. Ita timuit Elias vel unicam malam foeminam.

Dixit illi uxor: adhuc tu permanes in simplicitate. Eccl. Job. 2. 9. Post damna rerum, post funera pisonorum; post vulnera, scissuræque membrorum; antiquum hostis linguam movit uxoris Sanctus Gregorius mor. lib. 3. cap. 6. Omnia aucterunt; sola mulier relinquitur; antiquum diaboli organum. Scilicet sibi ipsi ventum fervans: quoniam quidem sciebat, quod per mulierem primum hominem subegerat: ideo mulierem sibi reservat quoad versutiam; ut ejuldem armis utatur. S. Chrysolom. hom. 3. de patient. Job.

Ex Novo.

Miser ad eum uxor ejus. Matth. 27. 19. Adit diabolus primo mulierem, quam ut plurimum novit esse proclivem, & ad patranda mala impediendaque bona, idoneum instrumentum; cum quo morti perpetuae genus humanum affixerat. Sciebat etiam Pilatum ad illam plus debito amore ligari: amor autem confectum exaudit, quod amatus expostulat. Et enim primum virum per foeminam in amore ligatum diaboli circumvenit. Simon Justici l. 13. c. 8.

In parabola ovis perdit vir. Luc. 15. 8. in drachma mulier designatur. Minus arduum fuit ovem, quam drachmam reperiri. Ovis ad primam pastoris vocem accurrit; drachma verò inter fordes decidens, luto adhæsit, aut sterquilino immersa. Licet facilius, turpis, ac frequentius, vir in peccatum ruit; mulier tamen, licet rarius, ac in periculosius, peccat: quod pudore confusa laterit male in foribus, quam ut culpas expiet in confessione. Adde: ovis, licet perdit; balatu se prodere solet; drachma elinguis est. Fernandus in Gen. cap. 2. lect. 4.

Et visa sunt ante illos sicut deliramenta. Luc. 24. 11. Peritia est, non segnitias, cum sensum miles veteramus incedit. Sic Adam novus cito cecidit, dum cito creditur; &, dum facile dat aures ad mulieris auditum; se, suoque posteros pessimo addixit inimico. Ac veteramus Petrus foeminam non facile audit, foeminis nuntiantibus credit tardè; & ut veteramus deliberat, nè ut puer incurrat. S. Chrysolomus l. 79.

Dixit ergo Petrus ancilla ostiaria. Joan. 18. 17. Nulla est firmitas, quæ non foemineis artibus concutiat. Et bene dicitur, ancilla ostiaria: quia una mulier omne ostium, & omne malum, & ad omnem ruinam, aperuit; & altera Apostolum ad Magiltri negationem. Tertullianus de hab. foem. mulier diaboli janua. Sylveira hic. Sexus mulieribus semper suspectus est illo frequentissime abutitur diabolus. Quantos robustissimos telis foemineis prostravit viros? quod ab initio Sæculi damnavit fraudibus mulierum? Non armatos advocavit milites, ut debellaret Apostolum. Unius muliercula lingua Christianæ militie devicit Ducent. Quid de membris inferioribus sperare poterat Belial, quando Ecclesie principem hic leviter superavit. Sanct. Laurentius Justin. de triumph. ag. cap. 9. Non bona ostiaria, quæ Petrum ideo in domum Sacerdotis includit, ut à fide Salvatoris excludat. Male Adam induxit Eva; male Petrum introduxit ancilla. Illa exclusit à paradiso; hæc exclusit à Christo. Et eadem in utraque officium ostiariæ gerens, aut excludit à vita, aut includit ad mortem. S. Ambr. l. 45.

Docere mulierem non permittitur. 1. Timoth. 2. 12. An non aliquibus gregis viragibus posset dari copia docendi? Posset omnino;

sed femina lingua silentio speciali circa ecclesia dogmata vindicatur: quia Eva semel virum docuit, mala verborum Dei interpret. Tula de fructu illius &c. Gen. 3. 6. Miror Adam tam facile feminae offerenti ponum sece praestitisse. Cur non quaesivit cur non obiect, nefas Conditoris precepta praeterire? Quaevisit, obiect, ex Patrum sententia; sed femina satisfecit argumentis viri; & lingua, & verborum lenociniis, virum allexit ad piaculum. Quae igitur male docuit lingua delinquens, lingua refrenatione puniatur. Sanct. Chrysofom. hic; semel mulier docuit, & cuncta perverit, virumque inobedientiae fecit obnoxium; idcirco ultra non doceat. Elcobar. t. parab. Chr. Obf. 5.

Signum magnum apparuit Luna sub pedibus ejus. Apoc. 12. 1. Luna, & femina, & inconstantia, Symbolum. Pro miraculo narratur, quod mulier illa, idest, B. Virgo, Lunam, inconstantiam habeat sub pedibus. E Jovis capite natam Minervam, idest, Sapientiam, fingunt Veteres. Sine matre narrant Sapientia, & prudentia. Ita fanè. Adde steriles sunt feminae, ad sapientiam progignendam; ut nulla inventa fuerit; a qua edidit, vel nutriti. Alvarez Joseph. Illustr. Illustratione 48.

Ex Patribus, & aliis.

Tu es diaboli janua; tu es arboris illius resignatrix; tu es divina legis prima defertrix; tu imaginem Dei, hominem, tam facile elidisti. Propter tuum meritum, idest, mortem, etiam Filius Dei mori habuit. Tertullianus lib. de habitu muliebri.

Simon magus haeresim condidit, Helena meretricis adjutus auxilio. Marcion Romam praemisit mulierem, qua decipendos sibi animos praepararet. Montanus immundi spiritus praedicator, multas Ecclesias per Praecam, & Maximillam nobiles, opulentas feminas, primo aureo corripuit, deinde haeresi polluit. Arius, ut orbem deciperet, forem principis ante decepit. Donatus per Africam, ut infelices quoque fetentibus pollueret aquas, Luciliae opibus adjutus est. S. Hieronymus adversus Pelag. & Cressiphontem.

Ego existimo; nullam esse in hoc Mundo bestiam comparabilem mulieri nullae. -- O malum summum, & acutissimum diaboli telum, mulier. S. Chrysofom. hom. 15. c. 14. Vide hic plurima apud eundem.

Caro, & mulier, duplex infirmitas; & consortiam vix dicentes deducere voluptatem. B. Hildebertus ep. 41.

Sicut debilia navigia procellae, ac tempestates dispergunt, atque inundant; sic pravi uxorum affectus virorum debiles animas corumpunt, atque pessimadant. Sanct. Basilus serm. 2. in divite.

Quid est mulier? naufragium sepe terram, - oculorum pernicies, animarum exitium, cordis spiculum, - Sceptrum inferni, - requies serpentis, diaboli consolatio, - caminus succensus; - triumphus tenebrarum, - vipera vestita, procella domus, viri naufragium, exornata mors. S. Ephrem serm. adverb. improbas mulieres.

Nulla pars fera improbae, ac maledicae, mulieri. Quid enim inter quadrupedia terribilius leone? aut inter reptilia dracone crudelius? verum nihil ad malam mulierem. Id. ib.

Leones in lacte Daniele veriti sunt; at Naboth Jezabel occidit: cere vultu suo Jonam servavit: Dalila vero Samsonem septem crinibus capitis ejus abstrahit tradidit alienigenis dracones; & aspides. Joannem in eremo timerunt; Herodias vero illum in convivio decollavit: corvi Eliam in monte sustentarunt; at Jezabel ipsum, post beneficium pluviae acceptum, ad interfectionem persecuta est. Id. ib.

O malum malorum pessimum, mala mulier! - Qui igitur uxorem improbam nactus est; intelligat, suorum se delictorum tulisse mercedem. -- Est mulier quotidiana calamitas. Idem ibidem.

Mulier mali causa, peccati author, via mortis, inferni janua. Ob has pascuntur lacrymis, mancipantur moeroribus, gemitibus adducuntur: & in lamentis tantum fortes sunt, quantum viribus inventiuntur infirmae; & quantum imparatae sunt ad labores, tantum ad lacrymas sunt paratae. Hinc est, quod lacrymis arma vincunt, regna stetit inclinant, lanentis totam fortitudinem virorum frangunt. S. Chrysofologus l. 79.

Mulieres sunt incendiarie diaboli, templa DEI comburentes. S. Vincentius Ferr. l. 1. de superbia.

Sicut CHRISTUS habet suos Apostolos, sic diabolus suos. Apostoli quidem diaboli sunt verule, & quidem interpretes, leones, & meretricibus verba portantes. Hugo Cardin. in cap. 1. Ex.

§. VII.

Feminae sunt loquaces, garrulae, curiose &c.

Cur praecipit vobis Deus? Gen. 3. 1. Evam serpens callide aggredditur, ut non statim provocet ad peccandum, sed loquendum. S. Chrysofom. vidisti malignitatem? dixit, quod non erat, ut in colloquium provocaret. At cur diabolus lo-

quacem volebat? Credo, quia non dubitabat illud fore multum loquium, in quo, teste Prov. 10. 19. peccatum non defurum. Nec sua cum opinio sefellit; Nam plura respondit, quam oportuit, de fructu lignorum. Si penitus tacuisset, aut saltem respondisset, nec se, nec Dominus est; aut, quia ita voluit; veritas, & accommodatus, respondisset. Dum autem in plura verba se effudit, bis peccavit: semel aggravando praecceptum, & non tangere illud, v. 3. secundo dubitando de poena, non fore moriamur. Ib. Mendoza in 1. Reg. 9. annot. 4.

Cantemus Domino. Ex. 15. 21. Olim victoriae a viris reportatae a feminis decantabantur: nam post exitum de mari rubro Maria prophetissa Soror Aaron sumpsit tympanum in manu sua; & egressae sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus illa praecinebat: Cantemus Domino. Interfecto a David Philistaeo, praecinebant mulieres. 1. Reg. 18. 17. Parta victoria de Alsyris, ait Psal. 67. 26. praevenerunt principes conjuncti psallentibus, in medio iocundularum tympanistrorum. Cui potius femina, quam viris, ea cura tradita? Germana ratio est: quia, quantum viri pugnandi vi; tantum feminae fandi copia, praestant. Mendoza ib.

Accessit ad eum una ancilla. Matth. 26. 69. Unde haec ancilla, praevir, & ministris, qui Petrum in hortu cum Christo viderant, eum esse JESU discipulum agnovit? Forte etiam aliam viderat Petrum cum JESU, & aliis Apostolis, perurbem incedentem, ac curiosus eum notarat. v. 71. vidit eum alia ancilla: forsitan quae curiosa. Cornelius hic.

S. Malachias feminae mutam loquela restituit. Mirum, cum CHRISTUS nulli in beneficium contulisse legatur. Ex vita S. Malachiae Ep.

Multum loquaces merito nos omnes habemus. Eunomia apud Plautum in aulularia. Nec mutam profecto hodie reperit dicunt mulierem ullam in saculo. Sed quid mirum? quod nulla mulier muta sit, cum etiam lapideum mulierum forum loquax fuisse memoretur. Nam celebre illud Formulae simulacrum, quod Romanae feminae olim dedicant, semel, & iterum, locum fuisse prodit Sancti. August. lib. 4. de Civ. cap. 19. Mendoza ib.

§. VIII.

Cum feminae periculofum consortium, affatus, auditus.

Ex Veteri.

Delitque viro suo, qui comedit. Gen. 3. 6. Eva, ut tentaret Adam, ne verbum quidem protulit; sed tantum comedit; delitque viro suo, qui comedit. Cur hoc? quia vehementior est tentatio per feminam, quam per diabolum: adeoque quod diabolus vix potuit effecere multis verbis cum Eva, potuit femina sine verbis; & in viro insuper constantioris virtutis. Mendoza in 1. Reg. annot. 8.

Hujusmodi verbis - mulier molesta erat adolescenti. Gen. 39. 16. Adulterium feminae juvenule nodus adolescentium est. Verba adolescentis vincula sunt amoris. Vidit hunc ignem Joseph, quando cum adulteri cupida mulier allocuta est: voluit eum capere sermone, misit laqueos laborum suorum; sed pudicum virum ligare non potuit. Solvit enim vincula mulieris vox pudoris, sermo gravitatis, habena cautela, fidei custodia, castimonie disciplina. Capere igitur eum retibus suis impudica non potuit: misit manum, & apprehendit vestem ejus; ut fortius nodum stringeret. S. Ambrosius l. 1. de poenit. c. 13. Non sic admirabile mihi videtur esse, tres pueros illos in medio Babylonicae fornacis ignem vicisse, illeis eorum corporibus; ut mirabile, & rarum est, quod iustus iste, qui in fornacem hanc, Babylonica multo gravio-rem, in incontinentiam inquam Aegyptiae incidit, & intactus permansit; pro quo castitatis indumento servatus exiit S. Chrysofom. hom. 44. in Gen.

Quid populus tuus populo huic stultus? Num. 24. 14. q. d. Video; me per auguria Israelitis nocere non posse. Discedens ergo dabo tibi o Balac consilium; quo per mulieres Israelites ad cultum Belphegor alliciantur, itaque perdantur: hoc enim consilium suggestisse Balac patet c. 31. 16. & Apoc. 2. 14. idque succellisse patet capite sequenti v. 1. ita Theodoretus q. 45. S. August. q. 60. volebat Balac regi favoris, aurique avidus, Israelitis divino praesidio; isque bonis, quae de eis vaticinatus erat, orbare: ad hoc ei optima ratio visa, si Israelitae pertraherentur ad luxuriam. Suavit igitur, ut mulieres pulcherrime Moabitides, & Madianitides, collocarentur tamquam cibos venditurae, aut negotiaturae, juxta castra Israel, cum idolis suis, & cibis idolis consecratis, &c. O quot per feminas accensus a terra promissionis! &c. Cornelius hic.

Et fornicatus est populus &c. Num. 25. 1. Disce, quanta illecebra, & vis pulchritudinis in feminis. Contra Hebraeos milites, non armatas turmas, sed pulchras feminas instruit praecipit Rex Balac consilio Balac; quem Origenes hic ita inducit loquentem: non virtute militum, sed mulierum decore, pugnam

dum est: forma vincit armatos, ferrum pulchritudo captivatus vincetur specie, qui non vincitur proelio. Id. ib. Evam stillans labia meretricis. Proverb. 5. 3.

Ex Novo.

si oculus tuus dexter scandalizat te &c. Matth. 5. 29. Author Imp. hom. 12. intelligit opus sub pretextu pietatis, Pura erat mulier quaedam religiosa, & virgo; respexi, consideravi, & dixi: debeo visitare illam mulierem assidue; ut, si quid religionis ignoret quasi mulier, instruum illam, & confirmem ipsam in bono proposito ejus. Bonus respectus est iste, & dexter oculus. Sed dum assidue visito eam, decidi in laqueum desiderii ejus; & ille bonus respectus meus, & dexter, factus est mihi in scandalum. Oportet ergo praedicere tale opus bonum, quod vel mihi, vel alteri generat malum.

Accessit ad eum mater filiorum Zebedae, Matth. 20. 20. Si Christi per viam comes eras, quid necesse fuit dicere, accessisset S. Chrysofom. ait: cum mysterio, & circumspeditione, Joannem dixisset: licet enim Christum promittit viri, ac mulieres, sequentibus; vero tamen simile est, mulieres procul inde tum Christum, tum ejus discipulos secutas.

Mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Jo. 4. 27. Mirabantur forte per novitate. Hugo Card. hic, Cajetan, nulla in textu alia redditur ratio hujus admirationis, nisi locutio Christi cum muliere. Et dixit hoc Evangelista, ad significandum, insolitam fuisse Christi locutionem cum muliere. Miramur enim insolita.

Bonum est homini mulierem non tangere. 1. Cor. 7. 1. Animadvertenda est Apostoli prudentia. Non dixit, bonum est, uxorem non habere; sed bonum est, mulierem non tangere: quasi & in tactu periculum sit, quasi, qui illam tetigerit, non evadat: quae virorum pretiosas animas rapit: quae facit adolescentium exilium corda. S. Hieronymus l. 1. adverb. Jovinianum.

Lingua ignis est. Jacobi 3. 6. Audi Isaiam 40. 6. omnis caro fenum. Ambo verum dicunt. Ergo mentiris, si dicas, audire te, & non ardere: nam, si caro es, fenum quoque es. Si autem lingua ignis est, admoveri feno sine incendio non potest. Oliva f. 6. D. 3. Quadr.

Tenella Scotiae regina arte statuam sibi effingi curavit, in ejus manu ponum aureum, gemmis ornatum: quod qui tetigit, mox jaculis innumeris inde profusitibus confodiebatur. Cardanus de rer. variet. l. 12. c. 86.

Ex Patribus, & aliis.

Solus cum sola, sepe, & absque arbitro, vel teste, ne sedeat. S. Hieronymus ep. 2. Neoptiano Clerico.

Certe solum ad solum accedere, nulla religionis ratio permittit. S. Basilus in regula. De S. Augustino Possidonius in vita: si forte ab aliquibus feminis, ut videretur, vel salutarer, rogabatur; nunquam sine Clericis testibus ad eas intrabat; vel lolus cum solis nunquam est locutus; nec si secretorum aliquid interesset. Sanct. Carolus Borrom. cum femina, etiam sanguinea, nunquam locutus est; nisi ex gravibus domesticis aliqui interessent, ut habet vita l. 7. c. 6.

Feminarum congressus, ut praecipua diaboli tela, quae maximos viros praecipites interdum egerunt, omnino vitandi. Quodque mirum in hoc genere: etiam nulla libido, nulla peccandi voluntas, nihilque, nisi sanctum in dictis, factisque; admittunt; & tamen in ipso congressu natura vitillatio quadam; ut sexus statim diversitas sentitur. Earum oculi sunt faces; vox etiam muliebris sensum corrumpit. Quamobrem scilicet, qui raro cum eis versatur; felicior, qui nunquam. S. Basilus serm. quod castitas vitae spir. fundamentum.

Quod si te frequenter cum feminis conversari, nec ullo inde detrimento affici, dixeris; id quidem mihi persuaderi sinant. At illud item velim omnibus fidem adhiberi, a quibus lapides extenuari, ac rupes aquae guttis continuantur cadentibus excavari dicunt quorum verborum hujusmodi sensus est: quid rupe durius fingi queat? quid item aqua mollius? Est quidem aqua guttula, & tamen asiduitas, naturam vincit. Quod si natura, quae aegre dimoveri potest, dimovetur; idque, quod nimis debet, perperitur: qua tandem arte, ac ratione, voluntas; quae facile movetur a consuetudine, non vincatur; & evertatur? S. Isidorus Pelu. l. 2. ep. 84. Palladio Epic.

Mulierum aspectus sagitta veneno illita; quae ferit animos, & venenum imittit. S. Nilusor. 2. de luxuria.

Ad ignem potius ardentem, quam ad mulierem juvenem, juvenis appropinquat. Idem ibidem.

Ne velis dicere: loquor cum muliere, & mundus sum. Ignem luxuria accedit confabulationi mulierum. Facies mulieris sagitta est truculenta; infixit vulnus in anima, & venenum. Magis appropinquat igni ardentem, quam mulieri. Hugo de S. Victore de contemptu Mundi.

Ipe vel aspectus mulieris telum est veneno halitum. Quemadmodum splendor lucernae alit oleum; sic & colloquium mulieris ignem reaccendit voluptatis. Sancti. Antiochus Abb. hom. 17.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

Non est tuta mulierum, quantumcumque sanctarum, cum viris etiam Religiosis cohabitatio, & familiaritas: quia potest fieri, ut amor a spiritu incipiat. Sed vehementer formidandum est, ne per blanditias sensum carne consumatur. Quocirca scripsit quaedam devota mulier: nihil ita se habere insulpectum, sicut dilectionem; & plus quam diabolum; etiam dum circa divina, & personas probatae sanctitatis, versatur. Gerfon de distinct. verar. vision. signo 5.

Magna est inter utrumque sexum adhibenda custodia: quoniam, operante hoste antiquo, in illa chara Societate, naturali vinculo colligata, periculum dulce ingendum est. Simon Cass. l. 9. cap. 32.

Præclare senior ille apud Sophronium in prato spir. c. 119. filio, sal ex aqua est; & si appropinquet aquae, mox solvitur, & deficit. Et Monachus est ex muliere; si appropinquet mulieri, solvitur & ipse. S. Thomas omnes mulieres semper horruit, & fugit, quasi serpentes; etiam postquam victor temptationem a duobus angelis cinctus est. Regina Siciliae. S. Ludovici ex Franciscana familia Episcopi mater, cum ad se Neapolim venientem, ut illum suum, more Gallico, osculari volebat. Remittit ille. Tum illa: numquid non sum mater tua? cui illa: sed mulier es; quam Servo Dei osculari non licet. Cornelius in Num. c. 25. v. 18.

S. Xaverius dicere solebat: feminas majori periculo vel castratis, vel famæ, adiri, quam fructu. Corn. in c. 34. Gen.

Quidam Frater accusatus, quod manum tetigisset mulieris, ait: mulier bona fuit. Respondit Sanct. Jordanus: pluvia bona est; & terra bona est; lutum tamen ex horum commixtione generatur. Bolland. 13. Febr. in vita c. 8.

§. IX.

Feminarum aspectus nocet.

Non capiari maribus illius. Prov. 6. 25. Audivi in Belgio matronam sapientem, & sanctam; monentem Confessarios, etiam Religiosos, & sanctos; ut cavent sibi ab aspectu, & colloquiis feminarum poenitentium; quia inquit illas, adeo illices sunt oculi eorum; ut si in virum quendam illos dehgant, illum amore sui plane irretient. Addebat: certa sum, non esse virum adeo gravem, & constantem, cui: si fixum reciprocè per quadrantem intuitu fuero, non persuaserim, quidquid voluero. Cornelius hic.

Non intuentis vinum, quando flavescit &c. Prov. 23. 31. Non intelligitur de colore vini, sed mulieris pulchrae, in vitro s. idest, corpore vitro debiliore. Sanct. Vincentius Ferr. serm. de exalt. S. Cruc.

Vide similia precedente paragrapho inter Patres.

TITULUS III.

FERVOR IN DEI OBSEQUIO.

§. I.

Symbola, & similitudines.

Osculatur me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Purgata peccato, & iustificata, petunt osculum Christi; quo scilicet ejus Christus Spiritum S. inhaleat: ut a torpore, & vetustate, velut aquila renouetur, & in Dei amore accendantur: sicut qui te mutuo osculatur, halitum, spiritumque, suum sibi mundo afflant, & inspirant. Alludit ad formationem corporis Adam ex limo terrae, quem Deus quasi osculando, inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae: & factus est homo in animam viventem. Gen. 2. 7. Aut sicut Discipulis insufflavit, dicens: accipite Spiritum S. Joan. 20. 22. Sicut enim anima, dum afflunt, & quasi osculatur corpus, ipsum exanimat, & vivificat sic Spiritus S. gratia, osculans animam, eam vivificat; imò Deificat; facitque eam Dei filiam, & haeredem. Ita S. Ambrosius l. de Isaac, & anima c. 3. Peritipon osculum, per quod sibi transunditur spiritus osculantis. Corn. hic.

Indica mihi - ubi cubet, in meridie? Cant. 1. 6. S. Augustinus ep. 48. per meridiem accipit iustos; in quibus luce fulgentibus, & charitate ferventibus, quasi in meridie requiescit. Christus in spiritu ferventibus requiescit. S. Justus Orgetitanus Ep. hic.

Currens, & non laboratur, ambulatur, & non deficit. II. 40. 31. Currens sunt fervidi; qui, praevore cursus, laborum non sentiunt: quia cum amant, & ambiunt. Unde monet Eccl. 31. 27. in omnibus operibus tuis esto velox; & omnis infirmitas non occurret tibi. Corn. hic.

Aquam vinum salum. Jo. 2. 9. Aquam in vinum vertit; quia spiritum, fervoremque, Ecclesiae dedit. Cant. 8. 1. quis mihi det te fratrem meum &c. Addit v. 2. & dabo tibi poculum ex vino condito. q. d. situ Domine venientes; effect nobis vinum conditum fervidae charitatis. Cum venisset, glorietur illa: introduxit me Rex in cellaria. Cant. 1. 3. Sed jam vinum in aquam videatur mutatum: tantus tepor, ac si Christus non venisset. Olorius Dom. 2. Epiph.

Mulle pleni sunt. Act. 2. 13. Discipuli ab infidelibus musto

ebrii putabantur. Erant quidem ebrii; sed amore, sed spiritu, sed fervore. S. Laurentius Justin. de compunct.

S. II.

Fervoris Motiva.

Primum.

Prior tepor, priora peccata.

Quasi statim terga vorantes percussit sunt à visis vobis. Jos. 7. 4.5. Dux, & principes, jacent proni in terra scissis vestibus. Quid tunc Deus? surge, cur facies pronus in terra? v. 10. Majoribus deinde viribus hostem aggredi jubet c. 8. 1. n. tinnas, neque formides; tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum. Vicit antea hostis; quid ergo? jacebit Josue, & animo contristatus confictum detrectabit? minime; imò majores copias contrahit, & in victorem animosus irruit, vincitque divino protectus auxilio. Naxera hic: Qui plagam à dæmone accepit, animum non depondeat, sed acior ad vincendum surgat. S. 26.

Elas proficit se, & obdormivit in umbra juniperi. 3. Reg. 19. 5. Glof. fa. moralis: tepor aliquando in Scriptura vocatur tepor. Ab Angelo excitatus greffu indefecto currit, ut 40. diebus, & 40. noctibus in somnis, ac jejuniis, ac Dei monte celeri pede contenderit. O quam proluxis vigiliis componat somnum! quam restituit celeritati tempus, quod fuga abstulerat! Seneca l. 3. nat. quest. faciamus, quod in itinere fieri solet: qui tardius exierunt, velocitate penant moram. Naxera in Jos. 16. S. 13.

Lavabo per singulas noctes lectum meum. Psal. 6. 7. Per oculos contra jaculatus est, & lacrymis diabolus convulneravit. Pugnare ut lacrymis ab offensione se vindicet: lamentando victoriam acquirit, & gemibus gratiam trahit, luctum luctu medicatur. Vidisti virum optimum lauciatum, nec accepta plaga, quidquam de strenuitate remittentem? vidisti de repente succumbentem, & subito mergentem? S. Bassilius Seleuc. or. 17.

Tunc surrexit Job, & scidit vestimenta sua. x. 20. Doloris animus, vires, quas quasi amittere cœperat, poenitendo conservat. Tunc surrexit Job. Sedere enim quiescentis est; allurgere decantans. Auditis ergo adversis lurgere, est, expertis tentationibus mentem ad certamina robustius parare. Sanctus Gregorius Moral. l. 2. cap. 37.

Sicut fuit sensus vestis, ut erroris à Deo; decies tantum iterum convergentes, respicitur enim. Baruch. 4. 28. q. d. decuplam in obsequio Dei adhibere diligentiam, quam posuistis in offensione. De Ponte de perfect. Chr. hom. c. 19.

Tenebræ factæ sunt. Marci 15. 33. Ergo Sol, qui præter horam, ut Domino compatere, abscerit; cum resurgeret Dominus claritate ante tempus occurrit. Et qui, ut suo commoretur Auditori, ipsam meridianam suam mortificaverat claritatem, evictis tenebris, ut consurgeret auditorio, anelucanus erubuit. S. Chrysol. l. 1. de Resurrect.

Concluserunt piscium multitudinem. Luc. 5. 6. Nocturni laboris jacturam piscatio reparat nomine JESU facta. Quid enim non reparat tanti Præceptoris disciplina? Bæza t. 2. l. 11. c. 4. S. 8.

Elegit duodecim ex istis quos, & Apostolos nominavit. Luc. 6. 13. Cur duodecim? S. Ambros. ad 2. Luc. à duodecimo anno sumitur Dominicæ dispensationis exordium. Hic Prædicandæ fidei Evangelizantium numerus debebatur. q. d. duodecim Apostolos elegit, quia usque ad duodecimum annum non inceperat divinæ Sapientie luce illustrare. Naxera in Jos. 2. S. 40. Virtuti restituit industria, si quid temporis suffuratur offensa, aut otiosa negavit infantia. Id. ib.

Fides tuas salvam fecit. Luc. 7. 50. Vifa est poenitens inestissima absolvendis verba non percepisse; nam quasi Christus illi bellum indixisset, non pacem dedisset; ab eo tempore in sese in misericors lavit; & arate meliore legendo consumpra in Bethania, & Calvário, in Speluncam Massiliensem se abdedit, ubi per totos triginta annos omni martyrii genere se cruciavit. Veterum delictorum memoria stimulus fit fervoris. S. Gregorius hom. 33. in Evang. consideravit quod fecit; & noluit moderari quid faceret: Oliva t. 2. conc. 2. in festo Im. Conc.

Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse deflevit; atque idem majorem gratiam reperit, quam amisit. S. Maximus hom. 4. de S. Petro.

Anima, que viliiter pugnare cœperit, rursumque debilitata cessavit: antequam virtutis, & studii memoria, quasi stimulo quodam, & sigello, vulneretur: atque ex hoc nonnumquam plurimum pristinum vigorem receperunt, prioresque penas relumpserunt. Joannes Climacus gradu 1. de inanis vite fuga.

Secundum.

Brevis fervor melior longo tempore.

Consumatus in brevi explevit tempora multa. Sap. 4. 13. Quid hic status tota die crisi? Or. Matth. 20. 12. Si tota propè dies tranfacta otio, curtandem mittuntur in vineam, quando

brevissimum laborandi tempus refert? Insuper mitterentur nulla conducti mercede: nihil enim illis, ut reliquis, promittit. An quæ in tantis angustis temporis impossibile erat mercedem aliquam consequi? Imò nulla mercede nova mentio fit: ut fiant, primam diurni laboris mercedem omnibus esse propositam; tam his, qui multum; quam his, qui parvum tempus laborandi habent: ut quisque in brevi possit refarcire plures annos inutiliter amissos. Origenes hom. 10. poterat aequale opus facere eis, qui ex manè sunt operati, quicunque in tempore brevi volebant operantem virtutem ad opus extendere, quæ antea non fuerat operata. Bæza t. 2. l. 11. c. 4. S. 8. Parabola hæc ostendit; mercedem vite æternæ non tempori, quo quis laboravit, respondere, sed labori, & operi, quod fecit: potest enim quis fervore suo consummatus in brevi expleve tempora multa. Batradus hic tom. 3. lib. 5. cap. 16.

Et novissimi una hora fecerunt. Ib. Proemia non antiquitatis, sed actionum, & meritorum, jura debent aspicere. S. Anselmus: parvas illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & assus. q. d. qui diu sub onere legis fuimus. Fuistis diu sub legis onere; sed non ad eam exacte legem implevistis, ac illi, qui una hora fecerunt; id est; qui consummati in brevi expleverunt tempora multa. Efcobart. 6. Parab. Chr. sect. 5. obf. 3.

Amice, non facis tibi injuriam. Ib. q. d. nulli injuriam facio; sed pro cuiusque meritis mercedem rependo: quia hi fenesse una hora tantum toleraverunt, quantum vos toto vite spatio. Ex quo patet, senectutem apostiffimam esse humane vite portionem ad studium pietatis; ad eam, ut in senectute facillè refarcire possis, quod reliquis vite partibus neglectum est. Pinna in Eccl. Ethol. 82.

Erant novissimi primi. Ib. qui in DEI servitio non tam attenditur quantitas temporis, quam fervoris, & diligentie. Non ergo superbiant, qui in juventute vocati sunt, & longo tempore fervierunt; nec disfidant, qui in senectute redeunt ad Deum: nam si diligentes fuerint, poterunt & alios superare. S. Thomas Villan. D. Septuagel.

Iuste pater plus fecit filio prodigo. Luc. 15. 22. quia post lapsum tanto fervore surrexit, ut brevissimo spatio plus fit meritis, quam filius seniorum annorum obsequio tepido. Stella p. 3. c. 68.

Sollicitudine non pigri spiritu ferventes, Domino servientes. Rom. 12. 11. Parvum tempus fuit, quo latro in cruce Christo servivit; tamen propter fervidam diligentiam, qua Deo mirè placuit, ampliffimam retributionem accepit. Idem in Lucam in Præfat.

Noli fidem penare temporibus. Nè me idcirco meliorem pates, quod prior in Christi exercitu cœperim militare, Paulus Apostolus, & vas electionis, de persecutore mutatus, novissimus in ordine, primus in meritis est: qui, extremus licet, plus omnibus laboravit. 1. Cor. 15. 10. Subditus calor longum vincit teporem. S. Hieronymus ep. 13. ad Paulinum de institut. Monachi.

Tertium.

Brevitas vite sanctæ fervorem.

Viam mandatorum tuorum curram. Ps. 118. 32. Bene ait Propheta, curram: non est pigritandum, cum dies fit parva, & diæta magna; nec fit infra paradifum mansio secura. Gerson in festo Purif. Lect. 2.

Et novissimi una hora fecerunt. Or. Matth. 10. 12. S. Chrysol. ait primos operarios fuisse ex pri morum Sæculorum iustis; quorum erat vita diuturnior: postremis autem designatos Sanctos, & fervos Legis gratiæ, quorum vita brevior. Primos operarios, ait Chrysolomus, quodammodo negligentes faciebat circa iustitiam, & refrigerere faciebat animas eorum expectatio Sæculi longioris; & illis infrigidatio erat, cognoscere Mundi spatia esse longinqua. Hæc ille in Imperf. Postremi seipfos incitantur vite brevitate. Vide, quam tepescat corda fragilitatis propriæ neglecta memoria; quam vero fervorem accendat vite brevis recordatio. Didacus Nyff. l. 5. d. 4. Quadr. S. 3.

Ambulate, dum lucem habetis. Jo. 12. 35. Quam est vite nostre cursus perennis, tam nunquam debemus in virtutis studio subsistere quieti. Jubet Christus ambulare constanter, dum lucem habemus. Nec enim decet, ut minus aliquid habeant vita Spiritus, & animæ; quam vita corporis, aut carnis. Et cum hæc jugi cursu pergat, donec meta sue terminum attingat, non debet illa in gradu suo hære. Didacus Nyff. l. 6. d. 5. Quadr.

Quartum.

Exempla.

Ipsa verò portabat in manibus ignem, & gladium. Gen. 22. 6. Cur Abraham igne, & gladio, utranque occupat manum? cur non in una utranque? Sacerdotis fugebatur officio. S. Zeno Veron. ferm. de Abrah. nec deest ad ministerium gladius, ut pater esset pater, & Sacerdos; vult omnem operationem, & conatum, divino obsequio esse dicatum. De Castillo Illat. 278.

Eme

Emerunt aromata, Marci 16. 1. Nonne hæc foemina sciebat, Christum à Joseph, & Nicodemo, esse unctum magna unguentis copia? cur ergo jam sic unctum unguere voluit? Amor id faciebat; cui nihil nimium est, quod honori Domini impenditur. Baradius t. 4. l. 8. c. 1.

Valde manè una Sabbatorum. Marci 16. 2. Fervor animi illarum mulierum demonstratur in hoc, quod valde manè ad sepulchrum Domini venerunt, ut ungerent Corpus ejus. Nisi enim valde dilexissent, nequaquam tam manè ad monumentum venissent. Hayno hom. in Dom. Pasche.

Ipsè verò multo magis clamabat. Luc. 18. 39. Fervor quidam intrinsecus instimulabat eum: idcirco JESUS iussit illum adduci ad se: quod profectò dignus esset, qui appropinquaret ei. Cum interrogasset, & compemisset, eum recipiendi vius valde cupidum; dat, quod petit. Theophylactus hic.

Quantum.

Eac, quod potes.

Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare. Eccl. 9. 10. Hebr. in virtute tua; id est, totis viribus, & toto conatu, operare. Ita S. Cassius Narniensis Ep. t. 5. Gregorio 4. dialog. c. 16. Paulo ante mortem à DEO auditus: age, quod agis; operare, quod operaris: non cesset manus tua, non cesset pes tuus. Natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Cornelius hic.

Curramus in odorem unguentorum stororum. Cant. 1. 3. Exiguum videtur, quod Sponsa petit. Cur solo odore contenta non ipsa petit unguenta? vult dicere: quia tepifium non datur amplecti, interea odore nominis tui mecum ex desiderio pemotabit. S. Ambros. in Pf. 118. Odon. 7. v. 1. Si mons esse non potes, nec praveles; esto vel collis. Seneca l. de tranq. c. 2. miles, præcis quoque manibus, in prælio invenit; quod partibus confert; & clamore juvat. Didacus Nyff. Vita Abrah. l. 5. c. 1.

Panam in deserto abstraxit, ulmus. Or. l. 41. 19. Ulmus vitem cum fructu suo sustentare solet. S. Gregorius hom. 19. in Evang. Loquitur ex more Palestinæ, & Italiæ; ubi ulmus vites nutrit, maritæque complexus per ramos eam procurat brachiis geniculato cursu scandentes cacumina sensim protinus. Ulmus, cum botros non producat, facit, quod potest; ideo Deo gratia. Id. ib.

S. III.

Varia alia motiva.

Ex Veteri, Novo, Patribus, & aliis.

Si dicitis viris, qui sunt in Jabes Galaad. cras erit vobis salus; cum incaluerit Sol. 1. Reg. 11. 9. Cum mens per desidiam tepescata, & jam in se reverfa, ad Conditoris sui desiderium recalcet; cum torpore negligentiæ deserit, & frigus insensibilitate pristinæ sancti amoris accendit; tunc velut incalcescente sole victoria de hostibus sumitur, & obfessa civitas de superbi regis manibus liberatur. Petrus Damiani lib. 6. ep. 5.

Vinea fervens delorunt odorem suum. Cant. 2. 13. Ajunt, florentibus vineis omne reptile venenatum cedere loco; nec ulatenus novorum ferre odorem florum. Quod volo attendant Novitii nostri; & fiducialiter agant; cogitent, qualem Spiritum accepterant. cuius primitias demones non sustinent. Si sic Novitius fervor, quid erit absoluta perfectio? S. Bernardus ferm. 60. in Cant.

Benedicite ignis, & spiritus Domini! benedicite gelu, & frigus Domini! Dan. 3. 66. 67. 69. Aestas, & hyems in chorum evocantur, ut DEO psallant; ver floribus renidens non inducitur; quin & aurora à cœtu psallentium excluditur. Nimirum, quæ in consinio virtutis, vitique, sunt, ea cœlo non probantur. Mavult abdegnare frigus, quam teporem; mavult ætatem, quam remiffiorem anni partem autumnum. Tenebras audies continentes cum pueris in fornace, non admisso crucipulo in odium; benedicite lux, & tenebræ Domino v. 72. Oliva l. 6. Strom hic.

Dicit Daniel 7. 10. nullam milliam ministrabant ei, & decies millies canena millia afflabant ei. Ecce dum innumerabilium Angelorum alii DEO ministrare, alii dicuntur assistere; nullus eorum reperitur hic in subfello residere. Et Zacharias Sacerdos Luc. 1. 11. cum incensum poneret, non sedentem, sed stantem iuxta altare Angelum vidit. Apoc. 7. 9. visis turbam magnam. stantes ante thronum. Et paulo post v. 11. omnes Angeli stabant. Itaque 6. visis Dominum sedentem v. 1. Seraphim stabant. De sedente Heli dicit Scriptura 1. Reg. 4. 18. cœdit de sella retrosum. Sedebat & Balharrex Dan. 5. 2. At contra Elias dicit 3. Reg. 17. 1. vicit Dominus DEUS Israel, in cuspis conspessus suo, inquit, non sededo, non oscito: cui etiam à Domino dicitur: 3. Reg. 19. 11. egredere, & sta in morte coram Domino; non sit sededo, sed sta. Num. 3. 6. ait Dominus Moyfi: applica tribulum Levi; sed hæc stare, ut ministrant, excubent, & obfervent. B. Petrus Damiani l. 3. ep. 8.

Et opera tua vestigia plura prioribus. Apoc. 2. 19. Joachimus Abb. tantò majoris præconi, & laudis est, quando perpauci R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

sunt, qui non tepescant à fervore novitio, & remissa conversatione ab his, in quibus ardere videbantur, frigeant. Apud Sylveira hic.

Sunt Spiritus fervori cuncta facilia. S. Gregorius Naz. poemate de vita sua.

Clavis ignita referat feram unamquamque; sic menti igne, fervori, magnanimitati, cedunt omnia ardua. Berengarius in similitudinibus.

Vide rit. Perfectio. Profectus. Servite Deo.

TITULUS IV.

FESTA.

S. I.

Confecta Divino cultu, rebus Spiritualibus.

Ex Veteri.

Factum est vesperæ. Gen. 1. 5. Fuit hæc prima dies Dominica: nam septima ab eis fuit Sabbatum. Doceris Christiane, quid operari te Dominica oporteat; lucem verbi Dei, considerationis &c. Cornelius hic.

Benedixit diei septimo, & sanctificavit illum. Gen. 2. 3. Quid est, & sanctificavit illum? ab aliis illum segregavit statimque adiecit causam istius sanctificationis: eò quod in illo requieverit ab omnibus operibus suis. Jam hic ab initio doctrinam hanc nobis insinuat Deus; erudiens, in circulo hebdomadis diem unum integrum segregandum, & reponendum in spiritalium operationem. S. Chrysol. hom. 10. Servi, & ancille accentur ab otio, quo morbo laborasse legitur ancilla Sara; quæ vel ipso nomine suo ignaviam, & otium, præferbat. Agar enim, ut quibusdam placet, vertitur somnians festa. Ferrandus hic.

Frequentiffimè olim DEUS in Scriptura Sabbati observationem imperavit. Ex. 20. 9. 10. Levit. 23. 3. Deut. 5. 13. 14. & passim. Imò violatoribus capitale supplicium statuit Ex. 31. 14. Num. 15. 35. Cur in hac lege tam severus? Quia ad eò propens erant ad divitias congregandas, ut in hoc labore totam vitam collocarent. Unde, nisi indè violenter averterentur, semper terrenis studiis incumbentes, nunquam divinis obsequiis vacarent. Quare severiffimis legibus opus fuit; quæ illa temporalium rerum negotio ad cœlestium otium transferrent. Mendoza in 1. Reg. 3.

Ter in anno apparebit omne maculatum tuum. coram Domino. Ex. 23. 17. id est, coram Arca, vel tabernaculo Domini. Nota: cum viri omnes civitates suas desererent, nullus tamen eis metus fuit ab hostibus, nè forte dispererit civitates sic desertas, & inermes: quia promiffum iis erat Ex. 34. 24. cum tuleris gentes à facie tua, & dilaveris terminos tuos, nullus insultabit tibi terra tua, ascendente te, & appropinquante in conspectu Domini DEI tui ter in anno. Marcianus D. 1. Epiph.

Mutabantur Pane Propositionis per singula Sabbata. Ex. 25. 30. Appositique calidis frigidit tollerantur: quia veteres oblationes quasi frigidæ; & calorem spiritui non habentes, repudiandos tempore gratiæ ipsa panum mutatio intinabat. A Arnoldus Carnot. tr. de 6. & 7. verbo. Panes propositionis super mensam mundiffimam coram Domino statuerunt, cum Sanctorum solemnitates ad DEI honorem à Fidelibus in Ecclesia celebrantur. Petrus Cellenf. cap. 11.

Sabbata mea custodite. Levit. 19. 30. Interlinearis dicit: servantes ab omni malo. Contra hoc mandatum aperte faciunt, qui maxime in diebus festis operibus diaboli, id est, commensationibus, & potationibus, & choreis, & hujusmodi vacant; potius festa Baal, quam Domini, celebrantes. Deus Baal tot, & tanta comedit. Daniel 14. Hugo Card. hic.

Die autem Sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos. Num. 28. 9. alii autem diebus, exceptis solemnioribus, & Calendis, non nisi unum: quo docemur, devotionem in festis duplicandam. Bessus D. 16. Pent. Sabbatum otium præcipiebat, sed non omne otium; quandoquidem Spiritus opus multiplicabat: precibus enim, & hymnis, dare operam jubebat, & Deo geminas hostias adolere. B. Theodoret. in Pf. 91.

Cogitatio hominis constituitur tibi, & reliqua cogitationis diem festum agent tibi. Ps. 75. 11. Docet nos, quomodo festivitates celebrare debeamus. Primò sanctis considerationibus, postea vero reliquiis earum sanctarum cogitationum, ac considerationum. Nam postquam DEI infinitam Bonitatem, Sapientiam, &c. anima consideraverit, sicque in ejus amorem rapta fuerit; statim in ea efficacia desideria adimplendi ejus divina præcepta generatur, quorum executione festivitates magnopere celebrantur. Dietz l. 6. d. 1. Quadr.

Ex Novo.

Unge caput tuum. Matth. 6. 17. S. Hieronymus: iuxta ritum Provincie Palestinæ loquitur Dominus, ubi diebus festis solent ungeri capita. Imò non solum Palestinæ, sed omnes orientales, in lætitiis, & rebus prosperis, inungebantur. Ruth. 3. 3. 1. Reg. 12. X 3